



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.LXXXIX. Sancti Patris Benedicti. M.C.IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

imitationem, ut etiam exemplum ejusdem potentissimum apud suos, ipso effectu mirabiliter comprobavit. Ex Vita ejusdem & Monim. Monferr.

Hoc ipso tempore in Galliarum etiam Regno non minus quam Hispanico admirabile fæse lumen prodidit, celeberrimus nimurum ille, & meritissimus de omni Universi posterritate Gilbertus Genebrardus noster, Monachus Mansarensis, & exin Beatae MARIÆ Virginis Semuriensis Prior, Vir, si quis ullus alius, fama incomparabili Nominis etiam in terris immortalijs, qui orbem radijs illuminatissimi capitis & pectoris implens omnes longè latèque mortales in sui convertit admirationem. Is præceptoribus olim usus, in Græcis Turnebo, in Philosophicis Carpenterio, in Theologicis Sanctæo, in singulare demum iplus Ecclesiæ & Orbis Christiani ornamentum adolevit. De eo sic Scævola Sammarthanus:

*Arvernia bonis ingenij facunda, cuius è gremio prodiere togati Ordinis tot illustres viri, hunc etiam editi sacrae Ordinis eruditum virum, qui sanctæ lingue Regini apud Parisios interpres, Hebraica antiquitatis arcana plurima, & ea maximè que ad rationes temporum subducendas pertinent, adhibito perspicacis ingenij lumine, perquisivit, ac in lucem protulit. Hoc enim ex fonte ortum est Chronologicum illud opus, & alij qui nunc sunt in manibus hominum similis industrie fætus, maximis ab eo vigiljs & laboribus elucubrati. Multa ille ex Hebreis & Græcis acuratè translata, multa recognovit, multa commentatus est. Novissime Musarum penetralia ingressus, amatorium Salomonis Latine tentavi poëma, molle illud quidem & tenerum, sed pium, quo Servatoris purissimos in Ecclesiam suam amores sapientissimi homines tradidere, nec enim ab instituta versione deserruit, quod alij summe doctrinae viri, & hujus etatis facile principes Poëtie lepores omnes & gratias in eodem carmine transferendo felicissime jam impendissent, &c. Lucubrationum, quarum ad nos pervenit notitia, syllabum attemimus.*

Eius ingenij monimenta. *De Sanctissima Trinitate. . . . Libri 3. Contra Jacobum Schogum, Ante-Trinitarium. . . . Liber 1. Contra Lambertum Danicum Sabellianismo infectum. . . . Liber 1. Contra Rabbi Josephum Albonem & Rab-*

*bi Davidem. . . . . Libri 2.*

*Psalmi Davidis primo & genuino sensu redditi. . . . . Leber 1.*

*Psalmi Davidis cum fusiōribus Commentarijs. Ejusdem ingenij monimenta.*

*Caniculum Cantorum Salomonis contra nimena, Bezam. . . . . Liber 1.*

*Joel Prophetacum Annotationibus. Lib. I.*

*Tabella sumaria cum Annotationibus. Lib. I.*

*Chronologia sacra. . . . . Liber 1.*

*Chronographia Universalis. . . . Libri 4.*

*Notarum Chronicarum. . . . . Liber 1.*

*De Sibyllis & Sibyllarum pronuntiationibus. . . . . Liber 1.*

*Flavij Josephi opera ex Greco sermone in Gallicum versa.*

*Opuscula aliquot contra Politicos nostri temporis.*

*Opuscula multa è Greco sermone translata.*

*Origenis Adamantij Opera notis illustrata.*

*Hægæ ad legendæ Hebraeorum Orientalium sine parætis scripta.*

*Et plura alia Hebraico-Latina.*

Sed de Genebrando plura suo loco: nunc ad alia transeamus.

Floret eodem tempore in Italia Jacobus de Graffis Nobilis Capuanus, in Cœnobio celeberrimo S. Severini Neapolitano Monachum, professus, Utriusque Juris Doctor subtilissimus, cuius inter alia Opera Theologica plura celebrantur. è quibus non uno sed pluribus locis typo editi sunt Libri quatuor; *Decisionum Averarum Casuum Conscientie*, qui passim extant.

In Monasterio S. Joannis Evangelistæ Parmensi hoc ipso anno fuit solemniter translatum, corpus S. Joannis primi ejusdem loci Abbatis quocum, aliorum item ejus loci sanctorum Translatio facta est, octavo Idūum Maij. Ex Menologio nostro, & Arn. Duac.

I E S U C H R I S T I A N N U S. M. D. LXXXIX.  
Sancti Patris Benedicti. M. C. IX.

I Terum novum Ordinis in Hispania Sydus, magno fulgore emicat, magno Benedictinæ juventutis solatio, exemplo & incitamento, Bearæ memoriae Martinus Vallis Ecclesiarum. Candidatus Tyro Novitus, qui ut primum sacra Religioni in sanctissima Reformatione Cisterciensi nomen dedidit, totius perfectionis exemplar se omnibus exhibuit. In juvenili siquidem ætate, juvenilem exutus penitus levitatem, accinxit fortitudine lumbos suos,

Jacobus de  
Graffis  
Mon.

Translatio  
Abb.

Martinus  
Novitus  
Vall. Ed.

## R E D I V I V U S.

135

*Alter S.  
Antonius*  
*psi ad eis  
Deipara.*

os, & superans mundum, Dæmonem, & seipsum, glorioſiſtas Victorias, post varia certamina reportavit: si quidem ab infernalibus Spiritibus, & monſtris horriſicis viſibiliter & inviſibiliter ſumma contentione pro viri- bus oppugnat, alterum ſui ſeculi Antonium referre videbatur. Illusit mi- ris modis puriſiſmo juveni, impuriſiſmus & aſtutissimus præſtigiatōr, amo- ribus & minis iſolentißima aufus, adeo quidem, ut ipſi etiam Fratres Mo- nachi, in ipſo Choro mire mutati, in puellas transformati formoſiſtas, ſuperbiſiſmo veſtitu, & obſcēniſiſma gesticulatione, eidem ab blandiri vide- rentur. Triumphant̄ nihilominus adjuvante D E O de iſidijs nocturnis diurnisque Novitus miles, & velut ve- teranus vétératorem, quæcumque mo- litetur, deluſum pijs artibus avertit & fugavit, ut ſui porro contemptum non ferens, cum in animum nihil profice- ret, corpori ejus & vitæ mortali mor- tem intentaret. Adfuit tamen clien- ti optimo Angelorum Regina & à ca- codæmone penè ſuffocatum, puerum JESUM inter ubera fovens, fugato peſi- ſimo genio, viſibiliter eripuit. Pro- ceſſit multo deinceps confirmatione & alaerio ad pugnam, cum ab impug- nando Inſeri nunquam defiferent, adeo multoties eidem infeſti, tantaque trūculentia iſum verberibus & flagris conincidente, ut ſæpè iſum Confratres & Novitiorum Magiſter cicatricibus & livoribus plenum, jacentem ſine omni ſenſu invenirent. Factumque permiſſente Numine, raro exemplo, ut Novitus hic, ſed emeritus Christi miles, non ſub quoconque Tyranno, ſed ab ipſo omnium Tyrannorum Principe crudeliffime excruciatuſ, glo- riōſe vincens, viſtor occumberet, & quadam nocte terribiliter flagris à dæ- mone conciſus, contracto inde ven- tri fluxu, viſtricem animam D E O redderet, & coronam acciperet, quam tam continuum pralium & glorioſiſ- ſima viſtoria merebantur, decimo ſex- to Calend. Decembri Triumphant̄ Eccleſia, & Empyrei coeli firmamen- to iſertus. *Chryſof. Henrīq. &c.*

*Triumpha-  
tor Caco-  
demou.*

*Joannes de  
Caſtaniza  
& plur.*

Nec minora collucent hoc ipſo tem- pore, quamplurima Congregationis Vallisoletanae & Montferratenſis in Hispanijs lumina R.R. PP. FF. Joannes

de Caſtaniza, de quo ſuo loco iſerius, Placidus de Salinas Abbas Montferra- tenſis, Antonius de Corduba, Lauren- tius Nietus & plurimi alij, ad ſummos pro meritis honores à ſua Congrega- tione promoti, ut ſuo fervore omnes accenderent, vita exemplo illumina- rent. *Ex Chron. Hisp. Ant. de Jepes &c.*

Sed & Congregatio Montis Syon in eodem Regno plurimum bono publico conſult, non ſolum ſanctorum virorum copia provincias diversas be- ando, & ad meliorem frugem perdi- toſ homines invitando, ſed & viros *Viri Illu-  
doctiſiſmos, Theologos ac Philosophos  
prætantiiſiſmos educando, & contra  
hostes Eccleſiae opponendo, & diver- ſis Universitatibus atque Academijs,* Profefſores ſubtiliſiſmos commoda- do; memorabili omnino totius Regi- ni commodo, gloria & ornamento. *Ex diuersis rerum Hispanicarum & Ordi-  
nis Scriptoribus.*

Memorabilis admodum, ſub hoc tempus Divina Sanctiſiſimi Viri Can- didi vocatio & electio. Is patriam Er- fordiam in Hibernia habuit, parentes *B. Candidi  
Nucalen-  
sis Vocatio* inſigni generis Nobilitate, ē Furlon- giorum ortus familia. Legibus pri- muſ Municipalibus in Anglia ſtuduit, donec cupiditate Religioni Catholicæ liberiū vacandi, iſulâ excederet, & in Galliam migrare. Magno hic gau- dio affectus, quod Sacerdotes & Mo- nachos publice facris operari, & Di- vinis in Choro ſervitijs iſiſtere con- ſpiceret. Ex Gallia in Italiā abijt, & per aliquot provincias pere- grinatus eſt. In toto hoc itinere nul- lum Comitem habuit, quod nunquam ſibi melius comitatus videretur, quād dum ſolus eſſet, eo quod ſemper ad D E U M omnes cogitationes dirigeret. Per avia incedebat, Divinorum medi- tatione absorpus, & quando ſe vel bi- vium vel trivium offerebat, & igno- rabat quam viam ingredereetur, ut ad propositum locum perveniret? genibus flexis dicebat: *Vias tuas Domi- ne demonſtra mihi, & ſemias tuas edo- ce me.* Et ſurgens clauſis oculis iter in- grediebatur, atque apertiſ poſtea ocu- lis proſequebatur, perſuatiſiſum ha- bens ſe verā & rectam viamtenere. Mi- rabile! Hoc modo nunquam à recta de- flexiſemita, rectiſiſimāque Romanam deuenit, unde SS. Apoſtolorum viſi- *Electio via-  
rum.*

T 2

tatis

tatis liminibus, ad Lauretanam Deiparæ sese ædem convertit, inde in Hispanias iter direxit, ubi concitante Numine, in feracissimo sanctorum Nucalensi Cœnobio cucullum exambijs, tantosque statim ad omnem vitæ sanctitatem progressus fecit, ut nemini non & admirationi esset & veneratio ni. Postea ad Collegium Philosophicum Meyrense in Galicia missus, in-

*In litteris progressus.*

signes etiam in litterarum studijs progressus fecit. Cœpit jam tunc totus astuare Zelo Apostolico, & Patriæ suæ miseriæ considerando & errores, totus ejusdem juvandæ fervescere desiderio; quod animadvertiscere cacodem, omnibus modis ipsum avertere studuit, imo gravissimis vexatum temptationibus ad carnis illecebras divertere, cumque apud castissimum juvenem nihil proficeret, cœpit non aliter atque supradictum Martinum Novitium summis injurijs afficere, varijs &

*Mirus vita rigor.*

horrendis larvis terrere, dirisque verberibus afficere, ita ut frequenter Fratres ferè exanimem, & nudum in proprio voluntarum sanguine reperirent. Cura ei Monachos ad vigilias excitandi demandata erat: naestus occasionem hostis, nocturnis tenebris orationi intento, & horam ad excitandum Fratres præstolanti, horrenda monstra & fœdissimas imagines proponebat, & diversis modis eum terrere conabatur, Quadam nocte horologij scalam ascendi occurrit Dæmon, & cum ictibus & flagellis acriter cæsum per gradus dejectit. Nihilominus mente fortior perstat Candidus, & infernales catervas, sciscitanti, num eas timeret? afferuit se Divina fretum Virtute, quas initio aliquantulum formidayerat visibiliter apparentes jam ut muscas parvi pendere, atque à se abigere. Decurso Philosophico cursu Salmantican ad sublimiora studia mittitur, ubi virtutum suarum odore, plures à vitiorum præcipitio ad perfectionis studia traxit, sibi rigidior multo quam antea, causam rogatus, ut facilius graviora pro Fide in patria toleraret, respondit. Sed plura de eodem inferius.

*Ven. Aloysij Caraffæ Nativitas.*

Natalis hic idem annus 1589. fuit, magni revera deinceps nostræ atate, syderis, Venerabilis viri & Illustrissimi Principis Scipionis Caraffæ, in religione postea Aloysij dicti, qui hoc

ipso anno in lucem editus parentem habuit, Fabricium Caraffam Andriæ Ducem, matrem Mariam Caraffam item, Stigliani Principem, Christianæ perfectionis exemplar à qua pietatem cum laete suxit, editis ab ipsa infancia insignibus futurae sanctitatis signis, & singularis à Numine benedictionis. Ex Via Neapoli impressa, Auctore D. Angelo Perfecto, Prio Catinense, &c.

Moritur codem anno Romæ Jllmns Thadæus Pepulus è sacra familia nostra Olivetana Episcopus Carinulæ, vir præstantissimus. Ex Lancellotto.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D . X C .  
Sancti Patris Benedicti. M . C . X .

R uurus, admirandâ prorsum, at p̄iissimâ virorū, & quidem Religiosissimorum emulacione, consequitæ proximè, nisi & transgressæ Generositatem eorumdem nostræ Viragines, quantumcunq; illi n̄ nos vireiq; intenderent, vinci tamen Viragines nostræ passa non sunt, sed extrema conata. Ex his Sanctæ memoria Teresia sive Teresia de Toledo, Marchionissa de Velado, Illustrissimo Du cum, & Principum genere nata, sed il lustrior Beatorque Christi servititia, Monialis ac dein Abbatissa S. Annae Abulensis, singulariter exsplenduit. Fuit hæc tanto in genere, generosissima sui contemptrix, videri omnium minima & vilissima gestiens, unde etiā dignissima ab omnibus judicata est Monasterio præesse & vitam omnium ad suam instructionem & exemplum vitæ dirigere. Nec minus pietate & devotione, quam animi demissione ex celluit, talis per omnia, ut nara ad Regendum videretur, et si ipsa omnibus parere, & subesse deligeret. Eius exemplo plurimæ magni nominis & potentia Virgines, jugum Domini amplecti ausæ sunt, insignesque de mundo, carne & dæmone victorias reportarunt: Ex vita Michaelis Gonzalez, Vaquero, & Vita B. Marie Vela &c.

Pergit ad præmia Beatorum hoc anno Venerabilis Marcus de Villalba Monachus Montis Sion, vir pietate & Religione præcipuus, unde evenit, ut honoribus & dignitatibus quamplurimi ab omnibus honoraretur, fuitque Sacrae familie nostræ Cisterciensis in Hispanijs Reformato Generalis, qui

SACRAE  
Deo Virgi-  
num re-  
strorum  
pia exulta-  
tu.

V. Teresa  
de Toledo.

Marcus  
de Villalba.